



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 2. Diplomata in gratiam Galliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. mortem oppetiit mense Octobri anno  
A. C. 1306. 1307.

Sup. l. 87.  
§. 21.

Bal. 2. p. 60.  
Dubrenil.  
p. 665.

Vita functo Petro Benefio, ut vidimus, Petri Brosii calamitate implicito, Ecclesia Bajocassina diu vacaverat: cui Papa præfecit Guilielmum Barnetum, secundum alios Bonnetum Ecclesiæ Andegavensis thesauro præpositum, pro quo vindicias a Rege petiit per litteras datas 27 Aug. 1305. Hic Episcopus an. 1308. Parisiis condidit collegium Bajocassinum pro duodecim alumnis litterarum studiosis ex dicecesi non sua, sed Cenomana, & Andegavensi, ita, ut ex utraque sex ibi jure victus uterentur: quia in Cenomania natus, Andegavi didicerat litteras, & beneficia possederat.

§. II.

*Diplomata in gratiam Gallie.*

Rayn. 1306.  
n. 1.  
Diff. p. 288.  
Sup. lib. 90.  
§. 18.

Primo Februarii an. 1306 Papa Clemens diplomata duo edidit suam cum Rege Philippo consensionem monstrantia. Per alterum declarat se nequam vel le, ut Constitutio: *Unam sanctam* a Bonifacio VIII promulgata Gallorum Regi regnove noceat, aut eos Ecclesiæ Romanæ magis obnoxios reddat, quam fuerint antea; sed ut Ecclesia Gallica & regnum, Rex ac subditi esse in eodem

dem statu censeantur. Hoc Clementis Sæcul. XIV.  
 V diploma postea insertum fuit Corpori A. C. 1306.  
 Juris. In altero sanctionem: *Clericis* Extrav.  
*laicos*, ac declarationes consecrarias re- comm. de  
 vocat propter offensiones & incommoda, privil. c. Me-  
 quæ illæ creaverint, & porro creare pos- ruit.  
 sint; ac præcipit, ut observentur ea, quæ Sup. lib. 89.  
 priores Summi Pontifices in conciliis ge- §. 43.  
 neralibus, nominatim in Lateranensi san-  
 xerint contra illos, qui ab Ecclesiis &  
 a Clero pensiones exigent. Has duas  
 litteras Clemens dabat Lugduni, ubi  
 hyemem agebat.

§. III.

*Papæ Clementis iter.*

Mox dein cum novem Cardinalibus Chr. Cluv.  
 Cluniacum venit: ubi ab Abbate p. 1670.  
 Bertrando exceptus, quinque dies ma- Baluz. to. I.  
 nendo gravia cœnobio damna intulit: p. 3. p. 580.  
 quemadmodum Lugduni commorans im-  
 mensas pecuniarum summas extorserat  
 Episcopis & Abbatibus Galliæ, quibus  
 causæ in Romana curia erant tractandæ.  
 Nivernis quoque a Bituricis nimios fe-  
 cit sumptus. Nam Lugduno demigrans  
 non Italiam sed Burdigalam versus iniiit  
 viam. Lugduno autem abiit sub initium  
 Februarii, & Matisconem transiit. De-  
 cetiæ 18 Martii administrationem Um- Cont. Nang.  
 briæ detulit suo fratri Arnaldo Garfiæ p. 620.